

imbecillior est, quām ut securē affirmet, quod affirmare debet, Aliqua spes est, non desperare aut diffidere,

v.7.

c. in vita ipsa. Hactenus enim vanitatem lātitiae demonstravit in iis, quæ vitæ extrinsecus accidunt; ut sunt status & opes. Demonstrat autem vanitatem vitæ cùm per se suavis, v.7. tum etiam longævæ & felicis, ex animum identidem subeunte recordatione temporis post mortem. v.8. Sive enim cogitetur melius seculum, præsentia non possunt nisi fastidium parere; sive cogitetur judicium, aut necessaria amissio rerum ita jucundarum, omnia nullius erunt momenti ad animum exhilarandum. Nota, Ki im pro particula adversativa capiendum: Verba autem sequentia potentialiter explicanda.

v.9.

d. in vitæ parte meliore & ad lātitiam prosequendam accommodatiore: nimirum juventute. Hic est

j. ironica concessio lātitiae omnis prosequendæ, cupiditatisque explendæ, & judicii oculorum sequendi, vers. 9. p.p.

ij. admonitio de

v.10.

1. cogitatione judicii Dei habendi super omnibus cogitatis, dictis, factis. v.9. ad evitationem

aa. pœnitudinis in animo, scil. ob admissa peccata, omissa bona, vel tandem amissa jucunda ac nimis adamata in juventute. & averte pro ut avertas. similia Gen. 12:2. prov. 4:4. Jer. 6:16. &c. Emphasis est, quum non tam præmium vel pœna, fructus vel damnum denunciatur indicandi modo, quām affectus consenteatus circa illa per paternam quandam solitudinem excitatur formulâ imperandi,

bb. doloris in corpore, hoc est, morborum & similiū malorum, quibus juvenilis lascivia castigari solet. Confirmatio dicitur à juventutis vanitate; quam cum aurora exorientem comparat. v.10. Ut enim rosei illius & purpurei luminis amoenitas statim evanescit & in flamمام ferè ac intolerabilem oculis splendorem vertitur; ita juventæ dulcedo citò abit & in ærumnosam virilitatem atque imbecille senium commutatur. Cur schachariū aliter vertam, nec causa, nec exemplum suadet.

C.XII.

v.1.

II. meliore vitæ parte Deo creatori per gratum obsequium offerenda & consecranda. Memento creatoris tui, hoc est,